

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

18. Junij. 14. Cal. Julij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

peregrini fragrantia, & lux cœlestis,  
utraque per totam domum diffusa cin-  
gebant: quibus cum recondito in ter-  
ram corpusculo disparentibus, lucem  
aliam supplices ad sepulchrum per  
innumera beneficia invenerunt. *Vul-*  
*garis loquendi modus est, eum, qui vitam* Mors  
felix.  
*exuit, à morte prostratum. Sed succubuit*  
*in hoc duello prædo immanis, dum te reli-*  
*quit erectam. Tu me ab animæ casu con-*  
*serva immobilem. Cadat corpus, quacun-*  
*que hora Deoplacuerit: modo letali hostis*  
*ictu anima non prosternatur.*

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.  
Impulsus, eversus sum, ut cade- Caden-  
rem. [psal. 117.] Impulsor diabo- di cau-  
lus est, impulsor mundas, impulsor sa quis-  
homo. *Quis iste homo sit, queris?* que sibi  
*Quisq; sui. Noli mirari. Usque adeo*  
*homo impulsor sibi est, & suimet præ-*  
*cipitator; ut non sit, quod ab altero*  
*impulsore formides, si ipse à te pro-*  
*prias contineas manus.*

## ELISABETH.

18. Junij. 14. Cal. Julij.

B. ELISABETH, monasterij Schœ- Floruit  
naugiensis Abbatissa: quæ anno anno  
1275. ætatis

## 466 ANNI CISTERCIENS.

ætatis duodecimo mundum valere juf-

Rigor  
vite..  
sisti. Per totidem deinde annos, si quæ

yanitatis in te supererant reliquæ, per

exquisitos cruciatus adeò expulisti; ut

gloriari meritò potueris, te mundo, ti-

bique illum esse crucifixum. Itaque

animus vinculis terrenis liberto im-

petu ferebatur ad sidera, quæ quasi de-

arcana siderijs tuis famulantia, lucem tibi pre-

inficit ferebant, quæ, quoties volcas, oculos

ad Seraphinos usque evibrabas. Sed ne

oculi tam sublimis aspectu luminis læ-

derentur, ipsa cœlum Regina, vel a-

lii sanctorum chori, ad te quotidie,

præsertim in diebus festivis, descendeb-

ant. Ex quorum colloquio admini-

bilem illam scientiam hausisti, quam

scriptis à te de rebus divinis libri expo-

nunt. Nec lingua duntaxat, sermonis

latini, sine docente perita, prodigio-

averat instrumentum, sed etiam o-

culi plusquam humana acie vigeabant;

dum factos sancti Panis Species, sub ve-

ro carnis colore & forma conspiciebas.

Quo suavissimo cibo tandem in Viat-

cum sumpto, eò perrexiisti, quò te in-

gentia merita præcessere. Hanc unam

ex libris tuis. doctrix in am. inscribe cordi meo:

ut quoties ad sacram synaxim accedo, non

aliter me parare studeam, quam si primo

post sumptionem momento sim moriurus.

Hec

Hoc exercitio diripiam morti è manu, suum  
amaritudinis telum, quod unum est, ante-  
cedens formido.

B. CADUCANE: cuius eruditio- Obys-  
nem, non minùs claritate stemmatis, anno  
quàm pietate illustrem, suspiciens In- 1225.  
sula Britannica, ad Episcopatum Ben-  
chorensem evexit. Quam dignitatem  
ita sustinebas; ut & oves concreditæ Due E.  
mansuetum, & lupi non inermem suo p̄iscopi  
baculo pastorem experirentur. Post la- virtu-  
bores tandem gravissimos etiam tibi- tes.  
met vigilaturus; relictâ Pontificali ti- abdicat  
arâ, monachum in Dorensi cœnobio Infula,  
induisti: ubi resumptis utilitatis publi- Libros  
cæ curis, stylo commendâsti, quæ pro scribit.  
suggestu olim declamaveras. Te au-  
tem in dimisso honoris fastigio etiam  
subesse didicisse, ostendit humillima  
conversatio, quâ ultimæ fortis fratri-  
bus inferior haberi desiderabas. In qua  
pietate consenescens, mortem famâ  
sanctitatis celebrem oppetiſſti. Ubique  
michi verbis & exemplis commendatur hu- Humi-  
militas: iubeor esse sicut parvuli, alias re- litas.  
gnum cœlorum non intraturus. Ne talia  
deinceps absque fructu audiam, impe-  
michi superne gratiam, quali te Deus do-  
naverat, & sine qua me nōsti virtutem  
hanc nobilissimam consequi non posse.

468 ANNI CISTERCIENS.

S. BERNARDUS, ser. 85. in Cant.

Humi-  
litatis  
enco-  
mium.

Magna, fratres, magna & subli-  
mis virtus humilitas; que promere-  
tur, quod non docetur: digna adipi-  
sci, quod non solet addisci: digna à  
Verbo, & de Verbo concipere, quod  
suis ipsa verbis explicare non potest.

## COMMENNAE

19. Junij. 13. Cal. Julij.

Fromo- B. JOANNES: quem cùm sanctus  
tus año B. BERNARDUS inter filios suos  
1149. laudatissimum invenisset, ad conden-  
dam Laudem, seu monasterium Lau-  
dense in Belgium misit: nempe ut tibi  
majorem offerret segetem comparan-  
dæ laudis. Quam copiosè collegisti re-  
gimine sapientiâ & virtutibus pleno;  
præcipue fervidâ diligentia, cantandi  
graviter & decorè laudes divinas: quas  
æternum cum beatorum choris modu-  
laturus, feliciter ex hac vita transivisti  
ad immortalem. Doce me toto, ut ajunt;  
laus peccatore ad laudem incumbere: non quam  
divina ab adulantium vanitate stulii venantur,  
sed, quam tu tantopere amasti, divinam,  
& cui nihil præponendum, S. Regula jubet.

B. HER-

laus  
divina